

DN.  
HVBERTI GI-  
PHANII, IVRECONSUL-  
TI EMINENTISSIMI, SACRÆ CÆSARÆ

Maest. à consiliis Imperii aulicis, quondam in celebri  
Vniuersitate Ingolstadiensi Iuris Cæsarei  
Professoris Nobilissimi,

DE RENVNCIATIO-  
NIBVS

*Tractatus absolutissimus, & à multis in foro versantibus  
diu multumq; desideratissimus.*

ACCESSERVNT SELECTISSIMA ILLVSTRIVM ALI-  
quot Academiarum, nec non aliorum insignium Iureconsul-  
torum Germaniæ, in hac Renunciationum materia ad in-  
stantiam partium litigantium reddita Responfa, singulari  
studio & iudicio collecta, & in communem Practicantium  
vsum publici Iuris facta, quorum argumenta & seriem pa-  
gina sexta indicat.



FRANCOFVRTI  
Ex officina Nicolai Hoffmanni, sumptibus Ionæ Rohdii.

ANNO M. DC. VIII.



Ad Lectorem.

**Q**uam utilis & frequens sit in hodierno foro Renunciationum materia, nemo, vel mediocriter in praxi versatus, est qui ignoret. Vnde videmus plurimos fere quotidie ad Illustriores Germania Academias, tanquam ad Oraculum Delphicum recurrere, qui inde in causis grauissimis, ex renunciationibus filiarum resultantibus, responsa & Juris informationes sollicite petant: Prout in alma Vniuersitate Ingolstadiensi sepiissime quoque contigit. Hac ratione tandem motus nobiliss. & eminentissimus I.C.Dn. Hubertus Giphanius, Academia Ingolstadiensis Antecessor Primarius, quo consulenti voto eo promptius satisfieri possit, de Renunciationibus solennem & integrum Tractatum, ex variis & optimis Interpretum Commentariis summo cum iudicio collegit. Et quemadmodum, ut notum est, de multis aliis difficillimis Juris nostri articulis scripsit premeditatissime, ita & in primis hoc praesens argu-





D N.

HVBERTI GIPHANII,  
I C. EMINENTISSIMI, ET SA-  
CRÆ CÆS. MAIEST. A CONSILIIIS AMICIS  
Imperialibus, quondam in Vniuersitate Ingolsta-  
diensi Iuris Cæsarei Professoris  
Primarij,

DE RENUNCIATIONIBVS  
TRACTATUS ABSOLVTISSIMVS.

**Q**VANDO QUIDEM de hac Renunciationum  
materia nullus in Iure ciuili extet Titulus, & qui  
extat *lib. 1. Decretalium*, non est generalis, sed spe-  
cialis de Renunciatione officij & beneficij Ec-  
clesiastici. Sub titulo autem *de pactis*, & sub Tit. *de Transact.*  
quædam sunt Leges de hoc argumento: Proinde rectè, &  
ordine facturus mihi videor, si ad hos titulos hoc Argumen-  
tum de Renunciationibus plenè & accurate explicem. Sunt  
verò huius Argumenti Leges sub Tit. *de pact. in Codic. l. 1. l.*  
*postquam liti 4. l. 16. cum proponas, l. 24. si actionem, & l. penul.* Et  
sub Tit. *Codicis de transact. l. 6. cum mota, l. 12. preses*, sunt & ali-  
quæ leges, in Pandectis, sub Tit. *de pact. in l. 37. & l. 40.* Nam Re-  
nunciatio, siue remissio, est pacti quædam species *dict. l. 37. de*  
*pact.* Nos omiſſis aliis videamus breuiter, de his legibus, quæ  
sub Tit. *Codicis. de pact.* ad hoc Argumentum pertinent.

Ad